



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

287. An Superiores Religionum Monachalium, Mendicantium, & aliorum
possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Praelaturas inferiores,
sed etiam ad Generalatum virtute suorum privilegiorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

miter in specie concessurus? Et respondit negatiuè, cum verimiliter credi possit Prælatum regularem intendere dispensare cum Religioso illegitimo, quocumque modo sit illegitimus & alioqui facillius concedi debeat talis dispensatio viris Religiosis quam Clericis secularibus, stante quod ius canonicum, *capit. 1. de Filiis presbyt.* Religiosos illegitimos hoc ipso quod solemnem faciunt Professionem, reddit habiles ad recipiendos Ordines, etiam Sacros. Et hanc sententiam tenet etiam Rodriguez *tom. 1. q. 13. artic. 6.* sed affirmatiuam sententiam docet Miranda *tom. 2. quest. 2. artic. 13.* Portel. *de dubiis regular. verb. Illegitimus. num. 11.* Peyrinus *de Relig. Prælatur. quest. 2. cap. 5. num. 145.* & Lezana *ubi supra*, ea ducti ratione quod, sicut notant Doctores communiter, tantò difficilius concedi debet dispensatio super illegitimitate; quanto turpius dispensandus fuit genitus, & modus illegitimitatis est foedior: quod etiam aduertit Aulla, *part. 7. de Censur. disp. 3. dub. 6. conclus. 2. notat. 1.*

4. Sed an dispensatus ad Dignitatem inferiorem vi talis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem? Respondet Peyrinus *tom. 1. priuileg. Constit. 2. Iulij II. num. 99.* non posse: probatque ex eo, quod permissio minoris non est permissio maioris quamuis alias dispensatus ad maiorem dignitatem censeri possit item dispensatus ad minorem, si minor contineatur sub maiori: vt Prioratus sub Prouincialatu, & Prouincialatus sub Generalatu. Quin addit Peyrinus, dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum & omnes alias dignitates, quæ in Religione habentur, non idè posse esse Generalem sine noua dispensatione; cum clausula illa generalis, posita post specialia expressa, non includat maiora, sed solum consimilia. Et ita etiam docet Pellizarius *loco citato cap. 2. sect. 3. num. 143.*

5. Verùm autem illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & qualicumque Beneficia, hoc ipso possit eligi ad Prælaturas, ac dignitates regulares? Respondetur posse; cum ea dispensatio fuerit quædam legitimatio; & se extendat, vt docet Lezana *tom. 1. capit. 18. num. 61.* & Pellizarius *ubi supra num. 124.* licet contrarium asserat Pater Bordeus, in *Consil. Regular. tomo primo, resolution. 12. numero 58.* absolute asserens, dispensatum ad dignitates regulares non censeri dispensatum ad dignitates regulares; sicut è contrà, dispensatus ad dignitates regulares, non censetur dispensatus ad dignitates seculares: Quod concedit etiam Lezana: & ante illum docuerunt Rodriguez *tom. 1. quest. 1. 3. art. 13.* Sanchez *lib. 5. Moral. capit. 5. numero 16.* aliique; & inuicè cum priuilegia, vi quorum conceditur talis dispensatio, inducta sint in fauorem solius Religionis.

RESOL. CCLXXXVII.

An Superiores Religionum Monachalium, Mendicantium, & aliarum possint cum suis subditis illegitimus non solum ad Prælaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum virtute suorum priuilegiorum dispensare?
Et an saltem Generales Religionum possint dispensare cum suis subditis illegitimus ad Generalatum?
Et deducitur, quod illegitimus dispensatus ad Ordines censetur tantum dispensatus ad Minores.
Et quid, si in dispensatione ascatur ad omnes Ordines?
Et si illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere beneficia, an talis dispensatio non intelligatur, nec extendatur ad beneficia curata?

Et quid est sentiendum, si in dispensatione apponerentur hæc verba, ad quæcumque beneficia?

Et docetur, quod in Decretis, & rescriptis Pontificis verba aliquid operari debent; & non solum verbum, & quilibet dictio non debeat sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam qualibet syllaba.

Et asseritur quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac stri-ctè interpretanda, preestata tamen dispensandi late interpretanda venit.

Et aduertitur, quod dispensatus ad omnes seu quascumque Dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatum.

Et an priuilegia contraria iuri communi strictè, vel late sint interpretanda?

Et an priuilegia Regularibus concessa absolute pro vtroque foro concessa intelligantur?

Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, Cardinalem, & Papan.

Et an priuilegia dubia Regularium, dubitate orta ex ambiguitate verborum, & Iurisconsultorum interpretatione in fauorem Regularium sint intelligenda? Ex p. 1. o. tr. 9. Ref. vnica.

§. 1. Certum est, quod de iure communi solus Papa dispensat cum illegitimus, & Religiosis ad Dignitates, & Prælaturas, ex *Textu in cap. 1. de filiis Presbyter. & cap. nimis eodem titul.* hoc tamen intelligitur, seclusis Religionum Priuilegiis: Nam Prælati nonnullarum Religionum Mendicantium, & non Mendicantium ab aliquibus Summis Pontificibus habuerunt facultatem dispensandi cum suis subditis illegitimus ad Dignitates, & Prælaturas; vt videre est in *Compend. Priuileg. verb. Dispensatio.* At Sixtus V. per duas Constitutiones, quarum prima incipit. *Cum de omnibus, ann. 1587.* Secunda. *Ad Romanum, ann. 1588.* contra illegitimos, huiusmodi dispensationes irritas declarauit.

2. Verùm, his non obstantibus, post dictas Bullas Sixti V. Gregorius XIV. in Constitut. *Circumspecta.* reuocauit omnia Priuilegia Regularibus concessa circa Dispensationem, quoad illegitimos, cum hac speciali forma, vt illis Generalis, vel Prouincialis possent vt in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, & non aliter. Sed post dictam Gregorij Priuilegium dispensandi in Capitulo cum illegitimus, emanarunt alia Priuilegia ampliora, concedentia facultatem, saltem Generali, dispensandi sine Capitulo, & extra Capitulum quouis tempore. Vnum Gregorij XIV. concessum Patribus Ministrantibus infirmis, quod incipit. *Illius qui,* in quo hæc verba habentur, *Concedimus facultatem Prefecto Generali eiusdem Congregationis pro tempore existenti, seu de illius licentia, Prefectis inferioribus aliarum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, ac loca tenentibus, vt cum eiusdem Congregationis personis defectum Natalium, etiam ex Adulterio, Sacrilegio, Incestu, quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouentem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emisserint vt defectu huiusmodi non obstante, ad quoscumque sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoueri, & in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare, necnon ad quascumque Administrationes, Personatus, Præminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi; illaque gerere, & exercere possint, dispensare libere, & licite possint, & valeant.* Hæc ibi; quæ quidem verba comprehendere etiam Generalatum tradit individualiter Laurentius de Peyrinis, de *Priuileg. Minim. Constit. 2. Iulij II. §. 19. num. 97.* cum seqq. Alterum Priuilegium est eiusdem Gregorij XIV. concessum Societati

Sup. hoc supra in Ref. 285. ex doctrina § 1. & 2. & in Ref. 286. & c.

Sup. hoc supra in Ref. 284. & 285. §. penult.

cietati Iesu quod incipit: *Exponi nobis*. Ex quibus Privilegiis clarè patet, vt obseruat Bordonus *tom. 1. ref. 1. 2. n. 48.* concessam fuisse Generali per se, vel per alium à se delegatam, dispensandi quouis tempore cum illegitimis ad quascumque Dignitates, & officia facultatem; quibus privilegiis, vt ipsemet Bordonus notat, & alij, possunt vti ferè omnes Religiones: nam de factò habent inter se communicationem Privilegiorum, vt statuat Moronus, *Ref. 99. n. 7.* Lezana in *Summ. Q. Q. Reg. 10. l. c. 3. n. 17.* Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 3. n. 41.* Bassus in *Florib. Theol. Pract. verbo Privilegium 4. num. 6.* & alij communiter.

3. Quod euidenter patet ex vsu ferè omnium Religionum, & ex Bulla Pij V. appositâ in Bullario, *tom. 2. incip. Et si Mendicantium* in qua Pontifex concessit Congregationibus Canonicorum Regularium Lateranensium S. Saluatoris, & S. Crucis Cornimbricensis, Cassinensium, Montis Oliueti, Vallis Umbrosæ &c. omnia Privilegia Mendicantium. Vnde, vt rectè obseruat Tamburinus *de Iure Abb. 10. 1. disp. 17. q. 1. n. 16.* prædictæ Congregationes Monachorum, & Canonicorum participando Privilegia Mendicantium participant etiam Privilegia non Mendicantium, & omnium Religionum vbiusque in mundo existentium tam concessorum, quam in posterum quomodocumque, & qualitercumque concedendorum, tam directè, quam per viam communicationis: & hæc communicatio idem operatur, ac si essent Privilegia Congregationibus illis, quibus fit communicatio, concessa. Ita Oldrad. *conf. 300. n. 8.* Bertr. *conf. 149. n. 2. lib. 1.* Parisius, *conf. 22. num. 5. lib. 5.* & alij, quos affert Tamburinus *loco cit.*

4. Nec obstat dicere dictam Bullam Pij V. fuisse postea reuocata à Gregorio VIII. Nam respondeo, fuisse tantum reuocata in ordine ad Privilegia contraria Concilio Tridentino, & idèd nouissimè Hieronymus Garzias in *Politica Regulari tom. 1. tr. 8. difficult. 1. dub. 4. num. 1.* loquens de supradicto Privilegio Pij V. subdit, hæc verba. *Y en este Privilegio esta reuocado por Gregorio XIII. todo lo que se opone al Concilio Tridentino, pero no otra cosa.* Ita ille; cui adde Rodriquez *tom. 1. quest. 8. art. 9.* Mirandam in *Man. 10. 2. quest. 48. artic. 7.* Sanchez, in *Summa, tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16.* & Peyrinum, *de Privileg. Minim. tom. 3. Constitut. 7. Pij V. §. 1. num. 2. & 3. iuncto §. 29. n. 25.* vbi adducit Declarationem Concilij tenoris sequentis: *Ordinarius potest precipere Regularibus, vt eant ad Processiones publicas, vispore in festo Corporis Christi, in Litanis, & Iubilais publicis faciendis in Plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria, dummodò Processiones sint eius generis, quod in Bulla Sanctissimi D. N. Pij V. Mendicantibus concessa, quæ incipit: Et si Mendicantium, publicata 17. Kalend. Iunij 1567. comprehendantur. Et dummodò Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur.* Hæc ibi. Ex qua declaratione Sacræ Congregationis aperte constat, Constitutionem Pij V. non fuisse reuocata à Gregorio XIII. nisi quatenus statuit aliquid contra Concilium Tridentinum.

Sup. hoc & doctrina sequitur in Ref. præcedenti, §. Sec. an, cursum ad medium.

5. His itaque suppositis, assero saltem Generales Religionum, per dicta Privilegia superius adducta Gregorij XIII. posse dispensare cum suis subditis illegitimis ad Generalatum. Probat hæc opinio, quia supracitati Pontifices concedunt supradictis Religionibus, Societatibus, & Ministrantibus Infirmis, vt visum est, posse dispensare cum suis subditis illegitimis ad quascumque Dignitates, Officia, &c. Sed sub dictis verbis non solum includuntur Prælatuæ inferiores, sed Generalatus, vt patet ex Lezana in *Summa, tom. 1. cap. 18. numer. 62. & 100. 2.*

capit. 14. numer. 142. & ex verbis Bullæ Sixti V. appositæ à Bordono in *Consiliis Regularium tom. 1. ref. 1. 2. n. 36.* Sic enit Pontifex ait: *Appellatione Dignitatum, Honorum, Graduum debere intelligi Prepositum, Abbatatum, Prioratum, Guardianatum, Custodiam, Præuincialium; ac Generalium, Superiorum Officia, & alia his similia cum onere, & Superioritate conuenia. Ita ibi. Ergo, &c.*

6. Quod confirmatur ex particula, *Quascumque*, apposa tunc dictis Bullis Pontificis, quæ ex sua natura omnia includit, & nil excludit, vt ex leg. à Procuratore Cod. Mandati & in cap. solit. de Maioritate & obedientia, notant Glossa, verb. *Quicumque de Interdicta Excommunicat. libr. 6.* Riminaldus iunior, *consil. 450. num. 37. vol. 4.* Rolandus *consil. 5. numer. 4. vol. 1.* Menochius, *consil. 60. num. 5. & consil. 1129. num. 28.* Sanctarellus *variar. Resolut. questione 2. num. 21.* Gloritus, *respons. 1. part. 2. n. 193.* Itaque particula, *Quascumque*, est tantæ efficaciz, vt extendat dispositionem, & ita comprehendat omnia, quæ alias non comprehenderentur, vt notant (heu quendam) noster amicus Iohann. Baptista Larrea in *Allegation. Fiscal. tom. 2. Allegation. 86. numer. 51.* Curtius de *Feudis part. 3. question. 12. num. 62. & 63.* Bartolus in *Prælu. feud. col. 15. versicul. Tertio iuncta.* Baldus in cap. *Imperialem vers. sed quid concessum titul. de prohib. feud. alien. per Feder. Alexander, consil. 30. vol. 1.* Alciatus in leg. *Mouentium ff. de verbor. signifi. Cotta in Memori. feudum concessum. & memor. Privilegia, & memoria. Quibuscumque Decius consil. 599. num. 3. & seq. Socinus iunior, consil. 18. num. 1. & seq. vol. 3.* Tiraquellus innumeris referens, de *Retract. signat. §. 1. Gloss. 7. numer. 20. & seq.* Ioan. Franciscus de Ponte, *consil. 5. numer. 29. vol. 1.* Seraphinus *decisio. 980. numer. 8.* Bertazolus, *tractat. Clausularum, class. 4. Gloss. 30.* Immo addunt Bartolus, Baldus, Cotta, Tiraquellus, Alciatus, & de Ponte, dictionem *Quascumque*, omnia, etiam impropria comprehendere: Unde dicunt, feudum concessum mihi, & successoribus meis quibuscumque, transfere non solum ad Extraneos hæredes, sed etiam Legatarios, & fideicommissarios; qui improprie sunt hæredes. Hinc rectè Merolla, *tom. 2. disp. 4. capit. 6. numer. 55.* obseruat, quòd Pontifices, quando volunt sub particula, *Quascumque*, quòd aliquid non contineatur, illud specialiter exprimere solent, vt fecit Bonifacius VIII. in cap. *Cum in illis, de Præbend. lib. 6.* dicens licet intentionis non esse, vt in mandato de providendo aliquo de quibuscumque Beneficiis, comprehendantur Curata.

7. Et tandem confirmantur omnia superius dicta ex Casibus similibus pertinentibus ad Dispensationem illegitimarum; nam vt optime obseruat Merolla *tom. 3. disp. 6. dub. 7. §. 2. num. 223.* Marchinus de *Sacram. Ordin. tract. 1. part. 9. capit. 4. numer. 11.* Glossa in cap. *finalis. de filiis Presbyt. in 6. verb. Ad omnes.* Archidiaconus *ibidem*, paulò post principium, Dominicus, *num. 8.* Ancharanus, in cap. *Litteras, de fil. Presbyt. Sanchez, lib. 8. de Matrim. disp. 1. num. 26. in fin. Gironda, de explicat. Privileg. num. 1637.* Cornubi, *tom. 2. de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 29.* Palus, *tom. 1. disp. 4. punct. 10. num. 3.* & alij, licet illegitimus dispensatus ad Ordines, censetur tantum dispensatus ad Minores, attamen hoc fallit, si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines: Ita etiam, licet illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere Beneficia, talis dispensatio non extenditur ad Beneficia Curata; attamen hoc non procederet si in dispensatione apponerentur hæc verba, *ad Quascumque Beneficia*. Tunc enim omnia venient Beneficia, etiam Curata, & Dignitates, quia illa particula, *Quascumque*, vt probatum est, tantæ efficaciz est, vt faciat venire, quæ

que alias non venient. Ita Felinus in cap. Posulasti, numer. 4. de Rescript. Milis in Report. verb. Dispensatio. vers. Dispensatio Papalis. Garfias, tom. 1. de benefic. part. 1. cap. 6. numer. 65. Crescentius, decision. 1. de Privileg. num. 5. Satmen Regul. de Trien. quest. 2. vers. Hinc est. Mandosius, de signat. grat. titul. de dispens. super defens. nat. vers. Limitant. & alij. Sic etiam dicendum est; quod tunc Privilegium concessum Regularibus dispensandi cum illegitimis non extendetur ad Generalatum, quando in dicto Privilegio concederetur simpliciter dispensatio ad Prælaturas, Officia, seu Dignitates, secus autem quando Pontifex, vt est in casu nostro, diceret, ad quascumque Prælaturas, &c. nam vtique, vt patet ex dictis, tunc etiam ad Generalatum dispensatio extendenda venit; nam alioquin particula illa Quascumque, abundaret, & superflua esset, cum tamen in decretis, ac Rescriptis Pontificiis, verba aliquid operari debeant, vt habetur in cap. si Papa de Priuil. lib. 6. Quod adde verum est, vt non solum verbum, & quilibet dictio non debeat esse sine effectu aliquid operandi, sed etiam quilibet Syllaba, vt bene docent Glossa, in cap. solute. verb. Tanquam, de Maiorit. & Obedient. Staphil. de gra. titul. de vi, & effectu. clausul. § 1. numer. 6. Simon de Precis, de interpret. ultim. volunt. lib. 2. Interpret. 3. dubi. 2. solut. 5. qua incipit. Quinto generaliter. Mantica, tom. 1. de ambiguit. conuent. lib. 2. titul. 12. num. 8. Ergo, &c.

8. Remanet igitur ex dictis satis firmata nostra sententia, quam in individuo, loquentes de dispensatione Illegitimum ad Generalatum virtute dictorum Privilegiorum, tradiderunt Sigismundus à Bononia, de Elect. part. 2. cap. 4. dubi. 73. in dicto dubio 77. num. 7. Bordonus in Miscellaneis, decision. 381. Pottel in Dub. Regular. verb. Illegitimus num. 10. Martinus de S. Ioseph, in Man. Confessar. tom. 1. libr. 1. tractat. 56. de Matrim. numer. 7. Peyrinus in formulario Prælat. Regular. littera I, cap. unico, in quo ponit formam dispensandi illegitimos, etiam ad Generalatum: Quibus adde Palqualigum in QQ. Canon. Centur. 1. questio. 184. in dicta questio. 183. num. 5. qui ex quodam Privilegio Pij V. Id. Februarij, anno 1567. concessio Religioni Theatorum, et probat, posse hodie Superiores Regulares dispensare cum illegitimis non solum ad Prælaturas Inferiores, sed etiam ad Generalatum. Quod etiam probari potest ex alio Privilegio Pij V. concessio Benedictinis sub Idibus Iunij, anno 1571. in quo, §. 1. sic habetur: Ac in pristinum; & eum, in quo ante premissa quomodolibet erant, & fuerant, statum reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infamie maculam, sine notam inde quomodolibet insurgentem ab eis, & eorum quolibet prorsus abolendi, secumque, quod premissis non obstantibus non promoti ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordinem promoveri, atque Monasteriis eiusdem Congregationis in Abbates, Priores, & Prælatos presci; nec non ad quascumque alias dictæ Congregationis Prælaturas eligi, & assumi. Hæc ibi. In quibus verbis notanda sunt illa, Omnem inhabilitatis, & infamie maculam prorsus abolendi. Nam hæc dictio, prorsus, excludit, omnia, & singula, quæ in contrarium excogitari possunt; vt patet ex cap. Statutum §. Præiuratos, de Rescriptis, in 6. & sic denotat idem quod, penitus, secundum Stephanum Gratianum, Marchia decision. 188. num. 8. Et idem Pius V. in alia Bulla superius adducta in fauorem Clericorum Regularium, vltus est particula, penitus, quæ nullam limitationem admittit; vt ex multis probat Cenedus in Centuria Singularium, Iuris, singul. 73. num. 1. & Barbola, de Diction. vsu frequentibus, verb. penitus, dist. 299. Nota etiam alia verba, quæ supra Pontifex subdit: Priores presci; nec non ad quascumque alias dictæ

Tom. VII.

Congregationi Prælaturas eligi, & assumi. Ergo etiam ad Generalatum ex rationibus adductis, vigore particula, Quascumque.

9. Et tandem omnia superius dicta confirmantur ex communi doctrina Theologorum, Canonistarum, & Iuriconsultorum afferentium, quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac strictè interpretanda; potestas tamen dispensandi late interpretanda venit. Et ita tradunt 51 Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 2. numer. 1. quibus ego addo Salas de Legibus, disput. 20. sect. 11. num. 10. Merollam, tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 2. num. 88. Emanuellem Sa, verb. Dispensatio, num. 7. Comitolum in Resp. mor. l. 1. q. 104. n. 1. Suarez de Legibus lib. 6. c. 17. n. 14. & Bonacinam de Legibus, disp. 1. q. 3. punct. 7. §. 1. n. 14. Ergo, & in casu nostro facultatem dispensandi cum illegitimis concessam Regularibus late interpretandam esse dicendum erit.

10. Sed vt magis probabilitas huius opinionis clarescat, restat respondere ad aliqua argumenta; quæ in contrarium adduci possunt. Et primò, quod Dispensatus ad omnes, seu quascumque Dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatum, vt tradit Fa-gundez, de Præcept. Eccles. præcept. 5. lib. 3. c. 3. num. 5. Sayrus de Censuris, lib. 6. cap. 11. num. 27. Glossa in cap. 21. de Præbend. in 6. Panormitanus in cap. Dilectus de concess. præbend. numer. 1. & in cap. Cum Vintoniensis, n. 8. de Elect. Oldradus cons. 14. Romanus consil. 330. Tabiena, verb. Beneficium, 2. § 20. num. 24. Syluester verb. legitimus, quest. 7. Maiolus, de Irregul. lib. 1. cap. 9. num. 4. Astensis part. 2. lib. 8. tit. 38. artic. 4. quest. 3. Paz Jordanus in var. Elucubrat. tomo secundo, libr. 10. titul. 19. n. 70. Peregrinus de fideicommissis, artic. 23. n. 8. Hojeda, de Incompar. Benef. part. 2. cap. vltim. n. 77. Marcellus Vlpe in Praxi, cap. 47. n. 29 & alij. Ergo & in casu nostro sub Privilegio Regularium dispensandi ad quascumque Dignitates, non intelligitur Generalatus, qui est suprema Dignitas in Religione. Respondeo, hoc argumentum nostræ Conclusioni non officere. Primò, quia non desunt Doctores afferentes, quod dispensatus ad omnes Dignitates, censetur dispensatus ad Episcopatum; quia legitimatus * per subsequens Matrimonium censetur, & est legitimatus ad Dignitatem Episcopalem, ab-que alia expressa mentione, aut declaratione: Ergo & legitimatus à Papa ad omnes honores, & Dignitates Ecclesiasticas, censetur etiam legitimatus ad Episcopatum; cum lex legitimationis non sit minus potens, quam lex mortua, vt ita dicam Matrimonij. Deinde quia legitimatio, quæ fit à Papa per Rescriptum, non potest dici legitimatio civilis, sed naturalis, restituit enim hominem ad primæum Ius, in quo omnes legitimi nascuntur. Vnde cum legitimus nulla indigeat declaratione ad Dignitatem Episcopalem; ita etiam illa non indigebit legitimatus à Papa. Et sic senserunt plures Professores Inclitæ Academiæ Salmanticensis, quos sequitur, & refert Henriquez lib. 13. cap. 8. §. 10. in Glossa lit. C. Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Merolla, tom. 2. disp. 4. cap. 6. num. 39. & ex Canonistis, Petrus de Ancharano allegatus à Panormitano in dicto cap. Vintoniensis, de elect. n. 7. Et quidem, si opinio contraria esset vera, dictio, Omnes, vel Quascumque, nihil operaretur; quod non est dicendum ex rationibus adductis.

11. Sed melius respondeo Secundo, quod in iure apparet, & cautum est, quod dispensatus ad dignitates, non intelligatur dispensatus ad Episcopatum, vt optime obseruat Gerunda de Episcopatu, lib. 2. disp. 1. cap. 1. num. 15. cum aliis: & patet in cap. Vintoniensis Ecclesia, & cap. in notis de Elect. in quibus Textibus Illegitimi aliqui erant ordinati, & beneficia, ac

R Dignitates

Sup. his pro dispensatione in tom. 3. tr. 2. Refol. 48. & pro potestate dispensandi in Ref. 42. & in alius calum anno. rationum.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. ex Ref. 46. lege doctrinam §. His omnibus.

* Sup. hoc melius infra in § Nec obstat secundo afferere. huius Ref.

Dignitates possidebant, & tamen inhabiles ad Episcopatum habebantur. Sed in casu nostro, non apparet, nec colligi potest ex aliquo Textu, quod cautum sit in Iure, Dispensatum ad quascumque Dignitates, non esse dispensatum ad Generalatum. Ergo non valet argumentum adductum; quia Ius, id quod disposuit de Episcopatu, non disposuit de Generalatu; & ideo doctores communiter recte asserunt, quod sub verbis omnibus, aut quibuscumque Dignitatibus, non includitur Episcopatus; & nemo ex Doctoribus vique adhuc à me diligenter conquisitis, asserit, quod sub dictis verbis non includitur Generalatus: immò, ut visum est, Bononia, Portel, Bordonus, Martinus de San Ioseph & Pasqualigus individualiter docent sub illa particula, *Quibuscumque dignitatibus* Generalatum comprehendendi: Malè itaque in casu nostro colligitur consequentia de Episcopatu ad Generalatum. Et ideo rectè docet Martinus Becanus, de *Sacram.* cap. 38. *quæst.* 8. quod non licet argumentari ab vno casu ad alium, quando vnus est expressus in Iure, alter non est expressus. Et quidem nullus, nisi hardus, negaret maximam distantiam, & differentiam, quæ extat inter vtrumque Gradum, & Dignitatem. Hinc Episcopatus, propter eius excellentiam, & præminentiam videtur speciali nota dignus, & non venit sub nomine Dignitatis, vt in specie notat Glossa, in *cap. 2. de Præbend. in 6. & Panormitanus in cap. Dilectus eod. titul.* quia est culmen omnium Dignitatum, vt habetur in *cap. penult. de præbend.* Sed hoc dicere de Generalatu, vt gratis dicitur, & sine Iure, sic & gratis negandum erit. Ergo non est admittendum argumentum de Episcopatu ad Generalatum: nam, vt obseruat Maranta, *tom. 4. respons. 4. numer. 65.* omnimoda, & absoluta exquiritur similitudo (in his scilicet, quæ conferuntur) inter ea, inter quæ similitudo arguitur. Alioquin, vel minima quæque dissimilitudo potens est, & efficax argumentum hoc deturbare; quin non totum destruere, secundum Gloss. & ibi notata in *l. Creditori 9. verb. vendicatio. ff. de noui operis nunciat. argumento Text. in leg. Quid ergo 1. 3. §. ex promisso. ff. de his, qui notantur infamia. Gloss. n. Can. sic enim. 9. §. his de causis. verb. nunquid 28. quæst. 1. Abbas in *cap. Constitutus in 3. notab. de Appellat. Afflictus decis. 350. num. 11. Cochier de Permut. Benef. part. 1. cap. 3. n. 6. & alij.**

12. Nec obstat Secundò, si quis diceret, quod contra superius dicta clarè obstat Stylus Secretariæ Breuium Sanctiss. D. N. nec non Stylus Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus, quando Summus Pontifex dispensat cum Regularibus illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates Ordinis, apponitur clausula, *non autem Generalatum.* Respondeo, hoc argumentum magis confirmare dictam opinionem; nam quando Pontifex in suis indultis vult, quod sub nomine Dignitatum, &c. non comprehendatur Generalatus, id clarè explicat: ergo quando id non explicat, vt est in Priuilegiis concessis Regularibus, dicendum est sub nomine Dignitatum, &c. Generalatum etiam voluisse includere: nam si voluisset, id expressisset, vt facit in Dispensationibus, quæ per Secretariam Breuium, & Pœnitentiariam emanant Ergo, &c.

13. Confirmatur ex doctrina Georgij Gobat de *duplici Iubilæo, cap. 33. quæst. 91. num. 248. Loræ in 2. 2. D. Thomæ, q. 11. art. 4. disp. 4. numer. 12. Bossij, tract. de*

Jubilæo, sect. 1. cas. 8. numer. 2. & aliorum asserentium quod si Pontifices in aliquo Iubilæo concederent huiusmodi in absolutiōem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, tom. 5. tr. 8. casum Hæresim tamen excludendo; si postea in aliis Iubilæis concedant dictam absolutiōem, & casum Hæresim non excludant, videtur illum vtiq; comprehendere: nam si nolissent, id explicarent in aliis Iu-

Sup hoc prima diffic. huius §. in Ref. 19. ex consequentiis eius §. Ref. pondent.

bilais, vt fecerant. Item Pontifices concesserunt priuilegia Regularibus dispensandi in quibusdamque Irregularitatibus, vt Eugenius IV. Summa IV. Pius V. excepta tamen Irregularitate Homicidij, Bigamia, & mutilationis membrorum, de quibus Lezana, in *Summa Q. Regul. tom. 1. cap. 18. numer. 25.* tamen quia postea Paulus III. concessit Generalatum Abbatis, &c. Sancti Benedicti Vallisoleiani Priuilegium, vt pro prima die Lunæ Quadragesimæ cum eorum subditis dispensare possint super quibusvis Irregularitatibus, & non appositam illam clausulam, quam Pontifices in aliis Priuilegiis apposuerunt, *excepta Irregularitate Homicidij voluntarij, &c.* Idè Portel in *Dubijs Regul. verb. Dispensatio in Ad. dicit Hieronymus Rodriguez, in Compend. Q. Regul. lar. resol. 52. numer. 25.* Bordonus in *Consilio Regular. tom. 1. resol. 13. n. 14. 16. & 24.* Tamburinus de *Iure Abbatum, tom. 1. disp. 4. quæst. 12. numero 10. & 11.* cum aliis, sustinent per dictum Priuilegium Pauli III. post se hodiè Superiores Regularium in Feria secunda post Dominicam primam Quadragesimæ, dispensare cum suis subditis super Irregularitate orta ex homicidio voluntario, Bigamia, & membrorum mutilatione; quia cum alij Pontifices in suis Bullis posuerunt clausulam exceptiōem dictarum Irregularitatum, dum Paulus III. in sua Bulla, dictam clausulam non apposuerit, signum est dispensationem dictarum Irregularitatum concessisse.

14. His suppositis, sic dicendum est in casu nostro Pontifices concedendo Priuilegium Regularibus, vt cum illegitimis possint dispensare ad quascumque Dignitates, si nolent talem Dispensationem ad Generalatum extendere, & explicarent quidem, vt explicant in Concessiōibus Secretariæ Breuium, & Pœnitentiariæ: ergo non excipiendo Generalatum, videntur Priuilegium ad illum extendere. Et idè hic intrat Axioma illud Iuris, quod si lex voluerit, expressisset, vt patet ex *leg. vicia, §. si autem ad deficiens. Cod. de caduc. tollen. leg. si seruis, §. Prator ait, vers. Non dixit ff. de acquir. hered. c. Ad aduocatum 2. de Decim. cap. 2. de transacti. Prel. & notat Tirapellus in *leg. si vniquam, verb. Libertis num. 3. c. de reuoc. aduoc. Menochius, conf. 1. num. 178. & conf. 140. num. 4. Surdus decis. 88. num. 4. & decis. 322. numer. 22. & conf. 245. num. 45. Gutierrez, Practicar. lib. 3. quæst. 22. numer. 7. Gonzalez ad regul. 8. Can. ellar. Gloss. 9. §. 1. num. 33. & gloss. 4. 2. numer. 11. Cardofus in *Praxi Iudicum, & Aduoc. verb. Lex, numer. 28.* quibus addit alios, quos citat, & sequitur (heu quondam nosse) doctissimus Ioann. Baptista Larrea, in *Allegat. Ff. sol. tom. 2. alleg. 94. num. 26.* Et idè Lex id noluisse præsumitur, cum facile id exprimere potuisset, neque expressit, vt obseruat Menochius, *conf. 30. numer. 8. & sapientissimus, & amicissimus Io. Solozanus de Indiarum Iure, tom. 2. cap. 21. num. 32. ex leg. si seruis, §. Non dixit ff. de acquir. hered. ex leg. Illam, Cod. de Collationibus, ex leg. dissentient. Cod. de repud. ex cap. Illa, in sede vacante.* Itaque cum Priuilegia Pontificalia Regularibus concessa, vt supra visum est, generaliter, & absolute, & sine vlla distinctione loquantur, absolute, generaliter, & sine distinctione intelligenda esse statuendum est; ex Iuribus vulgaribus que citat Barbosa in *Axiomata Iuris vj. frequentia, axioma. 136. n. 1. & 4.***

15. Adde, quod est valde notandum, Pontificem in Pœnitentiaria, & Secretaria Breuium, dispensare ad petitionem Partium; & quia Generalatus est suprema Dignitas in ordine ad Gubernationem totius Religionis; & plura merita, ac virtutes requirit Pontifex, quia non potest esse ita bene informatus de meritis Oratorum, rectè non vult sub nomine Dignitatum includere Generalatum; & idè apponit illam clausulam

clausulam : Sed quando concedit Priuilegia Regularium, non militat hæc ratio; & idè recte dicunt Doctores, quòd sub nomine Dignitatum Generalatum in Priuilegiis includitur, quia Superiores Religioſorum, diſpenſando cum illegitimo, cognouit radicibus eius merita, & alia neceſſaria requiſita ad Generalatum: Vnde apparet, quòd eſt diſpar ratio inter vtriuſque caſum: & vbi non militat eadem ratio, non debet militare eadem diſpoſitio; vt patet ex leg. ſi ita. ff. de manuſſ. teſtament. & ex leg. ſeruus. ff. de ſtatu lib. vt obſeruat Decius, conf. 349. n. 3. Surdus conf. 67. n. 19. & alij; quia diuerſitas rationis, diuerſitatem quoque Iuris inducit, ex leg. Inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & ex leg. finali. ff. de ritu nuptiar. Ergo, &c.

16. Nec obſtat Tertio aſſerere, quòd Priuilegia contraſtaria Iuri communi ſtrictè ſunt interpretanda, vt probat Miranda, tom. 2. quaſt. 4. arr. 6. Sylueſter, verb. Priuilegium, quaſt. 3. & patet, quia derogatio iuris communis per ſe loquendo, vt odioſa, quam maxime debet vitari, vel certè reſtringi debet, ſi omninò vitari nequeat: idque ne alioqui Priuilegium fiat inuicibile; tum quia licet huiuſmodi Priuilegia ſint favorabilia, quatenus reſpiciunt Priuilegiarium: quatenus tamen à Iure communi exorbitant, cenſeri debent odioſa; idèoque cum fauor communis præferendus ſit fauori priuato, vbi oportuerit vnum reſtringere, vt aliud minus lædatur, reſtringi debet reſpectu Iuris communis: ſed Priuilegia, de quibus eſt quaſtio, vulnerant Ius commune; vt patet ex capite de filiis Presbyr. ex communi Doctorum ſententia, quos etiam me citato aſſert Barboſa de Iure Eccleſ. libro primo, caput. 42. numer. 193. Ergo, &c.

17. Reſpondeo, Priuilegia Regularibus conceſſa contra Ius commune, eſſe late explicanda, vt docet, ſapientia, & eruditione nemini ſecundus amiciffimus D Ioannes Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. cap. 16. numer. 110. qui citat Barboſam. Tiraquellum, cap. 2. & Rodriquez, quibus adde Oldradum conſil. 300. n. 4. & Decium in cap. vt ſi cleric. §. de adulteriis, verſ. ſimilit. vt gratioſa videns de indic. Henriquez libr. 7. de Indiarum cap. 22. n. 3. & cap. 24. num. 4. Suarez de legibus lib. 8. cap. 27. n. 7. Merollam tom. 2. diſput. 4. cap. 6. dub. 1. numer. 17. & Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 1. numero tertio, patetque, tum quia ſi iuxta eſt ratio, quæ pro Religione facit. leg. ſunt perſona. ff. de Relig. & ſumpt. finer. tum quia huiuſmodi Priuilegia conceduntur toti Religioni, aut Communitati in perpetuum, idèoque æquantur legi, & perinde habentur ac ſi inſerta eſſent in corpore Iuris, cum ſint Conſtitutiones perpetuæ. Vnde ſit, vt Priuilegia Regularibus hoc modo conceſſa ſemper interpretari debeant ad inſerit Iuris communis. Vide Caſtrum Palaum tom. 1. diſp. 4. punct. 10. n. 5. & Pellizium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 1. ſect. 6. n. 142.

18. Et tandem Quarto non obſtat dicere, quod in noſtro caſu, defectus illegitimitatis non eſt occultus, ſed ab ipſis Religioſis, & ab alijs ſciatur. Reſpondeo, quod hoc argumentum procederet, ſi Priuilegia eſſent ſolum conceſſa pro foro interiori; ſed hoc in caſu noſtro non accidit; nam vt obſeruat Marcus Vidal in Arca Theolog. Moral. tit. de Caſib. reſerua. inquit. 1. num. 154. Priuilegia Regularibus conceſſa, abſolute, pro vtroque Foro conceſſa intelliguntur; nam Priuilegium ſine reſtrictione conceſſum, à nobis limitandum non eſt, immò ampliandum, & explicandum pro vtroque Foro, cum fauores ſint ampliandi. Vnde Sanchez, lib. 6. cap. 17. num. 43. aſſertit, quòd Regulares, virtute Priuilegiorum, poſſunt abſolueri ab Excommunicatione deducta ad Forum contentioſum quoad culpam, quando gau-

Tome VIII.

dent Priuilegio abſolute conceſſo ſine reſtrictione aut limitatione. Idem tenet Peyrinus de Priuileg. tom. 1. in Conſtr. 6. Iulij 11. §. 3. num. 1. Sed hanc reſponſionem relinquendo, obſerua, quòd indiuidualiter pro caſu noſtro notat Paſqualigus, vbi ſuprà, deciſ. 135. numero 8. Priuilegium Pij Quinti conceſſum Benedictinis, de quo ſuprà actum eſt, non ſolum conceſſum fuiſſe pro Foro Conſcientiæ, ſed etiam pro foro externo, Ergo, &c.

19. Concludendum eſt igitur ex his omnibus, eſſe fatiſ probabilem opinionem ſupradictorum Doctorem, atque idè tutò practicari poſſe, nempe Superiores Regulares poſſe cum ſuis ſubditis Illegitimis ad Generalatum diſpenſare. Et ita etiam Ego probabiliter ſentio, ſaluo aliorum præſtantiffimorum Theologorum, qui conſulendi ſunt meliori iudicio. Romæ in Domo S. Sylueſtri Montis Quirinalis die 22. Februarij 1651.

Svbſcribo ſententiæ Sapientiffimi P. Antonini Diana, quatenus dicit eſſe fatiſ probabilem etiam in praxi, opinionem eorum DD. qui exiſtimant poſſe Superiores Regularium (intellige habentes priuilegia ad diſpenſandum cum ſubditis illegitimis ad officia, & dignitates Ordinis) diſpenſare cum illis, etiam ad Generalatum. Si enim talia priuilegia habeant dictiones: *Qualcumque, omnes, cunctas*, vel ſimiles, id videtur certum, cum iſtæ dictiones ſint vniuerſales, de quatum natura eſt omnia complecti, nihil excludere, & idem operari, ac ſi mentio ſpecialis de omnibus facta fuiſſet. Ludouicus Moror. conſ. 59. colum. 1. Marta de clauſul. quaſt. 5. clauſ. 4. n. 1. Stephanus Gratianus diſcept. forenſ. caput. 990. numer. 15. Barboſa de clauſul. clauſ. 184. ſi ergo in dictis priuilegijs fuerint dictæ dictiones vniuerſales, extendi debent ad omnes dignitates, & ſtatutus, & Ordinis, etiam Generalatum. Caſu etiam quòd ea priuilegia non habeant clauſulas, ſeu dictiones iplas vniuerſales, ſed ſolum indefinitas, vt ſi dicant concedere facultatem ad diſpenſandum cum ſubditis illegitimis ad obtinendum officia, dignitates, Prælatias, & reſpoſitorias, &c. etiam debent extendi ad Generalatum, cum ſit regula certa quòd indefinita æquipolleat vniuerſali, ſi ſeruius 24. de ſerui. urban. præd. l. ſi ita relictum, ff. de leg. 2. c. ſolua de maiorit. & obediens. c. quia circa de priu. vbi DD. quamplurimi. Quòd maxime procedit quando ſubest eadem ratio. Cardinal. Tuſchus tom. 4. littera 1. concl. 86. n. 2. & alij apud Barboſ. axiomat. 23. n. 2. Hic autem procedit eadem ratio. Nam ea, qua Summi Pontifices mouentur ad concedendum ſimilia priuilegia Regularibus; eſt illa, quam aſſignauit Sixtus IV. in Mar. magno Carmelitarum §. 63. ſcilicet: *Prædicti Ordinis profeſſoribus omnis vagandi tollatur occaſio, & ad Sedem Apoſtolicam recurrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas.* Hæc autem etiam procedit in caſu Generalatus: Quòd verò non obſtet id, quod adducitur de Episcopis, ſeu Episcopatu, præter adducta à P. Diana roborari poteſt ex iis, quæ adduxi tom. 5. in Mar. magno Predicatorum numer. 9. & 10. ex varijs Doctoribus, quòd ſcilicet non obſtant, quòd ſecundum Canones non poſſit fieri inſtitutio, diuiſio, vel vnio Episcopatum ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ, nihilominus de inſtitutione, diuiſione, vel vnione Prouinciarum Religionum quæ ſimiles ſunt Episcopatibus, aliter loquuntur Doctores quos ibi adduxi. Sic ſub cenſura, &c.

Romæ apud Tranſpontinam 28. Februarij 1651.

Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana

Idem cenſeo quatenus in priuilegio adſit clauſula vniuerſalis.
Ego Raphaël Auerſa Cler. Minorum.
Idem

Idem cenfeo, non solum existente in Priuilegio particula *unicuique*, vel alia simili æquivalenter extensiva, de quo videtur nullatenus posse dubitari; sed etiam si priuilegium concessum fuisset per verba indefinita, non apposita vlla exceptione, idque propter rationem optimè penetratam à R. P. Diana, quòd priuilegia concessa in perpetuum Communitati maximè religiose æquantur legibus publico iuris corpori insertis, ideòque sunt eiusdem amplè interpretationis; quam in rem auctoribus ab eo adductis adiungo Layman *lib. 1. Theolog. moral. titul. 4. cap. 2. n. 5. §. dixi autem*, cum Conink apud eundem, sub censura.

Dat. in Collegio Romano Societat. Iesu die 2. Mart. 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

Idem cenfeo in Collegio S. Thomæ super Minetruam die quinta Martij anni 1651.

Fr. Clemens Aluares M. & Reg. Minerva.

Opinionem supradictam P. Antonini Diana non solum iudico probabilem, sed longè probabiliorem, cum ea sit fundata in clausulis illis vniuersalibus (*omnes quascunque*) in priuilegiis expressè præcis, quæ ex communi DD. amplissimè accipiendæ sunt: & quæ in contrarium afferuntur ex paritate cum Episcopatu stylo Breuium, & Penitentiarie, nihil faciunt contra, cum in illis habeantur claræ limitationes, vnde potius oppositum probant, quod vbi non sunt, vel in iure, vel alibi huiusmodi limitationes, particule illæ amplissimè accipiendæ sint, & sine limitatione. In Collegio Romano 8. Martij 1652.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

ADDITIO.

Ad superiorem Tractatum.

§. 1. **P**ost superius scripta, & à tot Viris Doctissimis approbata, obseruati Declarationem Sacræ Congregationis Concilij sub die 12. Martij 1629. quam affert Barbosa, *de iure Eccles. lib. 1. c. 4. n. 190* tenoris sequentis: *Legitimus autem in Infantia ad instantiam Patris per legitimationem amplissimam, vigore facultatum Dominorum de Campegis non potest eligi Generalis in sua Religione.* Ergo possit aliquis contra à nobis superius firmata asserere; Sicut Priuilegium concessum DD. de Campegis legitimandi patientes defectum natalium non extenditur ad Generalatum; ita, & Priuilegium concessum Regularibus dispensandi cum Illegitimis. Respondeo, dictam declarationem Cardinalium nihil officere sententiæ, quam supra firmauimus in fauorem Priuilegiorum Regularium. Primò, quia credo, quod Sacra Congregatio intellexit Priuilegium concessum DD. de Campegis, non extendi ad dignitates Ecclesiasticas; & optimè quidem; nam Leo X. concedens Priuilegium dictis Comitibus legitimandi, videtur loqui, vt patet ex contextu Bullæ, tantum quoad successiorem Bonorum, vt obseruat Maluasia, *vol. 1. consil. 109. numer. 71. & 72.* & Giouagnonius, *libr. 2. Respons. 16. numer. 0. & 51.* Et ideò Sacra Rota in Bonon. de Bolognini, sub die 27. Iulij 1566. coram Seraphino, *tom. 1. decis. 5. numer. 7.* dixit, quòd facultas concessa Dominis de Campegis per dictum Priuilegium,

ad Bona simpliciter tribuitur; quòd etiam apparet in supplicatione signata à Papa, & super quam expensum fuit Priuilegium, vbi nulla petitio inuenitur de habitate in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas. Sed petitur quod omnes de Campegis possint legitimare personas Ecclesiasticas, & ad Ecclesiasticam Bona: quam supplicationem esse attendendam ad declarandam mentem Papæ, tradit Seraphinus *decis. 467. & decis. 764.* Imò quòd supplicatio discordat à Breui, potius attenditur supplicatio vniuersalis, vt obseruat Giouagnonius *de iur. citato*, itaque cum in dicto Priuilegio, & in eius supplicatione nulla efficiatur mentio de legitimatis, quoad dignitates Ecclesiasticas, sed tantum quoad successiorem Bonorum Ecclesiasticorum, idò licet Congregatio dixit legitimatum per Priuilegium DD. de Campegis, non posse eligi in Generalatum. Sed in nostro casu Priuilegia concessa Regularibus fuerunt eis largita in ordine ad dispensandum ad dignitates Ecclesiasticas cum clausulis amplissimis includentibus etiam Generalatum: Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum.

2. Et confirmatur ex his quæ docet Acacius Encicheelus *de Priuilegiis lib. 2. cap. 3. n. 13.* probans, quòd in dubio ex supplicatione, & precibus petentis, priuilegia interpretationem accipiunt; & patet ex *leg. si sine, §. qui ff. de interrog. in iure fac.* & fitima etiam Iafon, & Glossa *ex leg. si libello Codic. de iur. respert.* Baldus, & Felinus *in cap. inter dilectos de fide instrum.* Bartolus *in leg. 1. vers. quæro ff. ad leg. Jul. Marc. de Balæus in Cur. Theol. ver. Priuilegium 6. numer. 7.* cum docto Patre Gobat *in Theol. Indulgem. part. 2. capit. 3. quest. 93. num. 63.* & aliis.

3. Roboratur supradicta; quia licet Leo X. confirmauit dictis DD. de Campegis Priuilegium obtentum à Maximiliano Imperatore, tamen certum est confirmationis naturam esse, rem in ius statum, & terminis manentem roborare, non autem extendere; ex *cap. 1. & 2. de Confir. vtilit. vel inutil. Glossa in cap. ex parte de Constitut. & ibi Baldus, num. 12.* Decio, *in leg. iura maiorum, numer. 31.* de *iurisdic. omnium iudicium, & consil. 142. numer. 6.* Quare cum ex Priuilegio Imperiali, non competat facultas legitimandi ad Dignitates Ecclesiasticas, idem quoque dicendum est attempta confirmatione Apostolica. Vnde cum Imperator non potuerit legitimare subditos immediatos Romanæ Ecclesiæ, quoad bona in Tetræ Ecclesiæ posita, vt docuit Iacobus Buttrius *in leg. 3. de Offic. Pras. Speculatur de Dispens. §. Postremo, num. 10.* Ioan. Andreas, & Panormitanus, *in cap. Per venerabilem, qui filij sunt legitimi*, Decius *consil. 150.* Socinus *lunior, consil. 100. lib. 2.* Bertazolus, *consil. 91. 92. & 93.* Peregrinus, *de fideicommiss. art. 23. n. 13.* & alij: Ideò Leo X. Pontifex in Priuilegio concessò DD. de Campegis, confirmauit dictum Priuilegium, quoad successiorem bonorum etiam Ecclesiasticorum de habitate verò ad Dignitates Ecclesiasticas, nihil dispoluit, nec concessit, vt patet ex contextu Priuilegij. Ergo non licet argumentari de hoc Priuilegio ad Priuilegium Regularibus concessum, in quo inuenitur facultas expressa, & ampla dispensandi cum subditis Illegitimis ad quascunque Dignitates.

4. Sed quia Purpuratorum Patrum responsiones tamquam oracula veneror, non deseram hic respondere ad aliquas obiectiones, quas contra supra dictam Declarationem Sacræ Congregationis quis facere possit. Itaque non obstat dicere certum esse, quòd quilibet natus de legitimo matrimonio potest ad Generalatum assumi: ergo etiam illegitimus, legitimatus à DD. de Campegis. Probatur consequentia, quia legitimatio restituit legitimatum in primum statum naturæ, ac si ex vero, & legitimo Matrimonio

nio natus esset, ut firmavit Sacra Rota individualiter loquens de Privilegio Dominorum de Campegiis in Romana de Zambeccaris, die 2. Decembris 1588. coram Comstolo, decis. 17. n. 1. & ita docet cetera Canonistarum penes Illustrissimum Præsidem Couraruiam, de spons. p. 2. cap. 8. §. 8. num. 1. Regentem à Pöte, conf. 16. num. 17. vol. 1. Rolandus à Valle, conf. 83. num. 13. vol. 1. Cephalum, conf. 98. n. 31. vol. 2. & ex Theologis idem docet Caltrus Palaus tom. 6. disp. 6. par. 9. num. 6. & Fragofus de Repub. tom. 1. lib. 3. disp. 6. num. 7. & 10. firmantes, filium legitimatum esse verè egitimum.

5. Respondeo primò, negando consequentiam, quia filius legitimatus non est legitimus secundum veritatem, sed per fictionem Iuris, ut docent Federicus de senis, conf. 276. num. 2. Alexander conf. 2. Vifis edicillis, num. 2. lib. 1. Baldus in leg. Eam, quam vers. Quæstus fuit, & in leg. Cum acuisissimi. Cod. de fidei. comm. Tiraquellus, de nobil. q. 34. num. 20. Cardinalis Tuleus, tom. 7. verb. Spurius concl. 410. Cancecius alios referens var. resol. part. 2. cap. 1. num. 186. Villagut, de extens. leg. tit. de extens. cuius, dispos. loq. in casu verò, & c. Ialoni, in leg. si is, qui pro emptore, num. 156. & seq. dicens, esse communem opinionem, ff. de usu cap. Cacheranus, decis. 12. 1. num. 6. dicens, de hoc esse expressam legis dispositionem, in leg. qui in Pro. uncia, §. Dicus ff. de ritu nuptiar. ibi, Perinde ac si legitimi concepti fuissent, leg. 2. ibi, Perinde habetur, ac si ingenuus natus esset ff. de natal. rest. Nam dictio, Perinas, fictionem denotat Decius conf. 284. num. 15. Girona, de expli. cap. Priuil. num. 289. Suarez lib. 8. de leg. lib. cap. 2. num. 11. Ergo & c. Vel melius respondendum est secundò, quoad effectum legis Civilis, & Canonice; Filius legitimatus per rescriptum Principis non æquiparatur veris legitimis, quoad omnia & præsertim pro Casu nostro non potest ad Ordines, & Beneficia promoveri absque dispensatione; ut docet Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 9. num. 122. & alij communiter. Ergo corrui Argumentum superius adductum.

6. Nec obstat secundò asserere, quòd legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopatum, ut tradit Glossa in c. Innocentius in verb. communita, de Elect. ut ex multis probat Suarez, de Conjur. disp. 50. sect. 5. num. 10. Menochius conf. 799. num. 12. Couraruias, de spons. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 24. Laderchius, conf. 24. num. 19. Marcellus Vulpe in praxi Iudiciaria, cap. 47. n. 34. Lezana in Summa, tom. 3. verb. Illegitimi Regulares num. 13. Sayrus de Censuris, lib. 6. cap. 1. 1. num. 2. Henriquez, lib. 1. cap. 20. num. 2. & Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 2. cap. 17. num. 43. Ergo & in nostro casu, legitimatus per Privilegium Dominorum de Campegiis, à fortiori potest eligi in Generalem. Respondeo Primò: Panormitanum in cap. ad extirpanda, num. 11. de filiis Presbyr. Maiolum lib. 1. cap. 4. n. 14. & alios docere, legitimatum per subsequens Matrimonium, egerè dispensatione, ut in Episcopatum assumatur. Sed quicquid sit de hoc, melius respondeo negando consequentiam: nam legitimatus per subsequens Matrimonium potest eligi in Episcopatum, in fauorem matrimonij; vnde non solum potest eligi in Episcopatum, sed ad Cardinalatum, & Papatum; ut ex Viuio, & Natta obseruat Vgolinus de Irreg. 4. §. 3. n. 1. cum Patre Thesaurio in Praxi p. 2. cap. 2. & idè in multis casibus intuitu fauoris Matrimonij, legitimatus per subsequens matrimonium plura potest obtinere, quæ non potest legitimatus per Priuilegium, & patet apud Doctores agentes de hac materia, & præsertim penes Merollam tom. 3. disp. 6. §. 8. num. 133. Ergo non valet argumentum de Legitimato per subsequens matrimonium ad legitimatum per Priuilegium.

Tom. VIII.

7. Et tandem tertio non obstat doctrina Francisci Marca, tom. 1. dec. 1114. num. 6. vbi loquens de Illegitimo, tenet, quòd quando Papa procedit per viam legitimationis restituendo eum primæuo iuri, & antiquioribus natalibus, tunc talis potest promoveri ad dignitatem Episcopalem: Sed Domini de Campegiis in actu legitimationis repræsentant Papam, & Papa adæquantur, ut notant Sacra Rota coram Comstolo vbi supra, decis. 38. num. 5. Maluasia, vol. 1. conf. 109. num. 7. in fine. Giouagnonius, lib. 1. resp. 16. num. 43. & 53. Ergò legitimatus per ipsos, à fortiori, in Generalem Religionis absque alia dispensatione eligi posse dicendum erit. Adde, quòd ex Bulla Sixti V. 3. Nonas Decembris 1593, incipiente, Postquam ut obseruat Marchinus de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 10. c. 1. num. 18. Legitimati à Papa, sunt habiles ad omnes Ordines, & Dignitates Ecclesiasticas, excepto Cardinalatu. Ergo à fortiori, Illegitimus legitimatus per Dominos de Campegiis, potest eligi in Generalem, quia dicitur legitimatus à Papa, nam dicti Comites de Campegiis, ut dictum est, in hoc actu legitimationis virtute Priuilegij repræsentant Pontificem, & ipsi æquiparantur. Vide Rolandum, lib. 2. conf. 12. num. 32. Capram conf. 2. n. 13. Menochium conf. 19. num. 1. 1. & conf. 20. num. 14. & 15. Surdum, conf. 1. num. 26. Pezregnum, conf. 52. num. 4. lib. 4. & alios penes ipsos. Respondeo doctrinam Francisci Marca plures non recipere: nam procedit tantum, ut dictum est, in Legitimato per subsequens Matrimonium; & idè ex Rebuffo, Lupo, & Montano, Mauritius de Azedo in praxi Episcop. p. 1. c. 3. n. 20. ait quòd Legitimatus ad Episcopalem Dignitatem, non censetur legitimatus ad Archiepiscopalem. Sed quicquid sit de hoc, doctrina superius adducta non facit pro casu Dominorum de Campegiis, nam concedo Doctores citatis, ipsos in actu legitimandi Papam repræsentare, sed in his in quibus ab ipso delegati sunt: at non esse delegatos ad legitimandum in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, patet ex dictis. Ergo rectè Sacra Congregatio declarauit per ipsos legitimatum non posse eligi in Generalem.

8. Nec obstat dicere, quòd Declaratio S. Congregationis dicit solum quòd virtute Priuilegij DD. Campegiis, quis non possit eligi in Generalem, ergo secundum S. Congregationem possit quis assumi ad alias Dignitates inferiores. Nam respondeo, negando consequentiam, quia, ut satis probatum est, nulla mentio efficitur in dicto Priuilegio de legitimatione ad Dignitates Ecclesiasticas: & S. Congregatio respondit solum de Generalatu, quia de illo solum requisita fuit; & ut notum est, mos SS. Congregationis est, respondere individualiter ad casum tantum ipsi propositum; nam si interrogata esset de aliis Dignitatibus inferioribus, vtique etiam sic respondisse existimarem ex superius adductis; Priuilegia verò Regularibus concessa, ut ex ipsorum contextu aperte patet, loquuntur specificè de Dignitatibus Ecclesiasticis etiam Generalatum comprehendentibus. Ergo, & c.

9. Sed dato contrà omnia superius dicta, quòd Priuilegium legitimationis DD. de Campegiis extenderetur ad Dignitates Ecclesiasticas, hoc non obstante rectè Sacra Congregatio respondit, vigore illius non posse quis eligi in Generalem: nam priuilegium vulnerans Ius commune, non est late, sed strictè interpretandum, ex cap. Dilectos de consuetud. & cap. dilectos, de fide instrum. ut docet Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 97. dub. 3. n. 34. Amicus in cursu Theologico, tom. 5. disp. 9. sect. 3. n. 49. Fabius Galeota, respons. Fiscal. 12. num. 193. Caltrus Palaus, tom. 1. tract. 3. disput. 4. par. 1. 10. num. 5. Suarez de leg. lib. 8. cap. 17. num. 5. & alij: sed Priuilegium DD. de Campegiis

R 3

Sup. hoc supra in §. Nec obstat tertio, huius Ref. & in alio §. eius annot.

Campegii vulnerat Ius commune, nempe ex cap. 1. de filius vresb. in 6. vt obliuuant Doctores, quos ad fatietatem adducit Barbosa, de potestate Episcop. part. 2. alleg. 45. num. 19. cum per dictum Textum ad solum Papam pertineat dispensare cum illegitimis. Ergo recte Sacra Congregatio stricte putauit interpretandum esse dictum Priuilegium legitimandi concessum DD. de Campegii; & dato quod per ipsum posset quis legitimari ad Dignitates Ecclesiasticas, respondit optime adhuc non posse eligi in Generalem. Verum haec doctrina non procedit quoad Priuilegia concessa Regularibus, sed intelligitur, vt optime obseruat Bordonus, tom. 2. res. 5. i. num. 39. & Merolla, tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 1. num. 17. de dispensatione, & Priuilegiis, quae priuatis personis concessa sunt, vt est Priuilegium DD. de Campegii, nam Priuilegia toti Religioni concessa extendenda sunt, vt supra probaui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Vidal in Arca Theol. mor. titul. de casib. res. inquis. 1. num. 97. & 127. Peyrinum in Priuil. Min. tom. 2. Confit. 10. Clem. VIII. §. 1. numer. 1. 1. & 12. P. Lezanam in summa tom. 4. verb. Priuilegia Regularium num. 9. Portel in respons. tom. 3. casu 49. in fine. Hieron. Rodriguez, in Comp. resolut. 6. 2. numer. 6. §. Quod tandem, Peregrin. in Comp. Priuil. Theat. in introd. §. 15. & 16. & Bordon. ubi supra in conf. Regular. tom. 2. res. 52. num. 20. & colligitur ex cap. Quia circa, cap. In iis, de Priuilegiis, & cap. Per exemptionem, eod. titul. in 6. Vnde ex his firmata est illa Regula, quae iurifice facit pro nostra quaestione principali, nempe Priuilegia dubia Regularium dubitate orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuristarum interpretatione in fauorem Regularium esse intelligenda. Ita concessit Camaldulensibus Leo X. & Iulius II. Congregationi Montis Oliueti, vt habetur in Compend. Societatis, verb. Priuilegia, §. 4. & Alexander IV. Benedictinis Cassinensibus, vt habetur in istorum Comp. concess. 49. & notat Tambur. de iur. Abbatum tom. 1. disp. 18. quest. 6. num. 78. Rodriguez ubi supra, res. 90. numer. 40. §. Decima, Bordonus loco citato num. 40. & Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 2. concl. 3. regul. 1. Itaque ex his omnibus manifeste apparet Priuilegium de Campegii, etiam si Dignitates Ecclesiasticas comprehenderet, non esse extendendum ad Dignitatem Generalatus, vt Sacra Congregatio respondit, quia tale priuilegium personis priuatis concessum, & vulnerans Ius commune, stricte interpretandum venerat: fecus autem dicendum est de Priuilegiis Religionibus concessis: nam ista late, & in dubio in earum fauorem interpretanda sunt.

10. At cum haec omnia circa explicationem, & defensionem Responsonis Purpuratorum Patrum excogitarem, volui tamen etiam consulere nunquam satis laudatum Dominum meum Franciscum Paulucium Sacrae Congregationis Concilij Secretarium dignissimum qui testatus est mihi declarationem illam non fuisse firmatam sub die 12. Martij, vt citat Barbosa, sed sub die 12. Maij; & ita Eminentissimos Cardinales declarasse, quia censuerunt Priuilegium concessum Dominis de campegii non se extendere ad Dignitates Ecclesiasticas, quod nos supra firmauimus. Nihil igitur officit Declaratio praedicta Sacrae Congregationis, Priuilegiis concessis Regularibus, quia, vt dictum est, Papa illis specialiter, & ample concedit posse dispensare cum illegitimis ad quascumque Dignitates: ergo etiam ad Generalatum; nam dictio: Quascumque, est effrenata, & omnia comprehendit, ac extenditur ad latissimum significatum, vt satis supra probatum est, & probant Doctores, quos afferit Cenedus, singul. 91. num. 1. & idem in terminis, vt dici

solet, terminantibus nostram sententiam praeter Bordonum, Portel, Bononiam, Martinum, & Palaeologum, vbi supra adductos tenet etiam Samuelius, de elect. vr. 2. conu. 18. concl. 4. & 5. iuncta conu. 19. concl. 3. Et ita ego iterum sentio.

Romae in Domo Sancti Syluestri Montis Quirinalis die 4. Aprilis 1651.

Probabilissimum mihi est limitationem illam positam a Sacra Congregatione Priuilegiis DD. de Campegii nullo modo derogare vniuersitati Priuilegiorum Regularium. Non solum quia Priuilegia Regularium priuilegiatissima sunt, vt pote conuenientia fauorem Religionis: Summa enim ratio est pro Religione facit, vt dicitur l. sunt persona, ff. de Rel. & sumpt. fun. & quia comparantur legibus publico iuris corpori insertis, & quae latam interpretationem habent, vt notat Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 2. Henriquez lib. 7. cap. 22. n. 3. Coninch, 3. p. tom. 2. disp. 33. dub. 2. n. 16. sed etiam quia cum Priuilegia dicta Regularium nullo modo dependant a dicto Priuilegio DD. de Campegii, nec sint ad instar illius concessa, sed absolute, & independentem ab ipso, nullo fundamento dici potest restrictionem illius extendi etiam ad Priuilegia Religionum, Praetertim etiam, quia plures rationes suppetunt pro Priuilegiis Regularium intelligendis cum dicta ampliatione, quae non procedunt in Priuilegio praefato DD. de Campegii, vt propterea merito Summi Pontifices ea concesserunt Religionibus amplissime, istud vero Sacra Congregatio solum stricte intellexerit. Subseribo igitur sententiae sapientiss. P. Dianae.

Romae apud Transpontinam 5. Aprilis 1651.

Fr. Ioannes Baptista de Lezana.

In eadem sententia persisto,

Ego Raphael Auerfa Cler. Minorum.

Persisto similiter in eadem sententia, & censo dictum Priuilegium DD. de Campegii merito repelli a causa praesente; cum Priuilegium Regularium, de quo agitur, expresse concessum sit pro legitimatione ad Dignitates; Priuilegium vero Campegiorum pro legitimatione ad bona simpliciter, vt constat ex declarationibus, & caeteris diligenter expressis a R. P. Diana: qua stante diuersitate materiae, nulla potest subsistere ratio paritatis, quoad extensionem, & restrictionem legitimationis ad has & illas Dignitates. Quod si ratio aliqua proportionalis vtrique Priuilegio communis obseruanda esset, ea proculdubio fauet superiori resolutioni. Sicut enim Priuilegium DD. de Campegii, quia sub amplissima forma concessum est, nullam inquam pulsam est restrictionem, limitationem, aut exceptionem: sed nec pati potuit, in propria materia bonorum etiam Ecclesiasticorum; ita Priuilegium istud Regularium ob eandem rationem pati non potest vllam restrictionem, limitationem, aut exceptionem in propria materia Dignitatum Regularium. Denique dato (quod ex superius insinuatissimum est) satis apparet) Priuilegium Campegiorum comprehendere etiam legitimationem in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, idque sub amplissima forma; non tamen esset eius vigor, & amplitudinis pro legitimatione ad Dignitates Regulares, atque est Priuilegium Regularibus ipsis concessum. Quia Priuilegium Campegiorum datum est pro subleuamento, conseruatione, atque splendore temporali eius familiae, quam in rem nihil, aut vix quidquam confert legitimitio ad Dignitates Regulares. Priuilegium vero

Supra in §. Respondet Priuilegia Regularibus, huius Rei. & in alio §. eius annot.

verò Regularium datum est, ne Religiones impediatur quo minus vtantur opera Religioforum aliis idoneorum in iis muneribus, ad quæ honestum, vtile, aut necessarium iudicauerint ipsos promouere. Vnde exceptio facta quoad istas Dignitates in Priuilegio Campegiarum, nullatenus concluderet eam similiter faciendam, aut subintelligendam esse Priuilegio Regularium; pro quo necesse non est producere communes, & notas regulas interpretationis Priuilegiorum ex intentione; & scopo concedentis; & circumstantiis concessionis.

In Collegio Romano Societ. Iesu 8. Aprilis 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

Limitationem appositam DD. de Campegiis non derogare Priuilegijs Regularium Consueo rationibus supra adductis motus, salua &c.

In conuentu S. Mariz super Mineruam 8. Aprilis.

Fr. Clemens Alvarez M. & Reg. Minerva.

Conseo propter rationes à R. P. Diana allatas factis, superque ostensum, nullam esse paritatem inter Priuilegium DD. de Campegijs, & Priuilegium Regularium, in casu, de quo agitur, propterea que perfito in eadem sententia.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

RESOL. CCLXXXVIII.

An eiekti à Religione, vel dimissi à Superioribus ex Societate Iesu reincidant in irregularitatem, ex defectu natalium ita vt non possint exercere Ordines receptos, neque ad alia promoueri?

Et quid est dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, an possit post latam sententiam in seculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri?

Et notatur professionem non solum tollere irregularitatem ad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad Ordinem suum susceptorum.

Et an ex Declaratione Sacra Cardinal. Congregationis eiekti à Religione, & extra illam degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarius locorum facultate dictam suspensionem relaxandi aut moderandi? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 66.

§. 1. Hic casus frequenter potest accidere, & est difficilis & curiosus, & ad illum negatiue respondet Sanchez in summa tom. 2. lib. 5. cap. 5. numer. 14. asserens supradictos posse in Ordinibus susceptis in Religione ministrare, & in alios nondum promotos promoueri, & probat hoc ex multis rationibus.

Sed aduersus illum insurgit nouissime Hieronym. Rodriguez in compend. quæstion. regular. resolution. 76. numer. 7. qui respondet ad omnia argumenta quæ ipse adducit, & hanc sententiam tenet etiam Miranda in manual. Pralat. tom. 1. quæstion. 25. articul. 10. conclusio. 1.

2. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Opinio Sanchez absolute quoad eiektos aliarum Religionum probabilis mihi videtur, & illam tenet Villalobos in summa. tom. 1. tractat. 13. difficultat. 60. numer. 6. & Peyrinus de religion. Pralat. tom. 2. quæstion. 2. capit. 5. §. 9. numer. 199. in fine, ex ratione vbi infra. Verum quoad dimissos ex Societate Iesu vto puto non posse ad Ordines promoueri post egressionem, & ita docet ex eadem Societate Turrianus de censur. libro nono, disputat. 72. dubitatio. 2. vbi sic ait. Ad-

dendum est hanc irregularitatem ex defectu natalium tolli per emissionem trium votorum simplicium post biennium in Societate nostra, quia per illa verè sunt Religiosi, vt definitum est à Gregor. XIII. in constitution. Ascendente Domino. Difficultas verò esse potest, an si quis dimitteretur à Societate post talia vota, ante susceptionem tamen Ordinis, intelligeretur, quasi reuiscens ea irregularitas, vt non possit Ordines suscipere sine dispensatione; & quamuis res sit dubia, mihi est probabilis necessariam esse dispensationem, quia prædictus fauor concessus videtur iis, qui ita sunt Religiosi, vt in eo statu suscipiant Ordines. Ita Turrianus.

3. Adde quòd est dispar ratio inter dimissos à Societate, & eiektos ab alijs Religionibus, nam dimissi à Societate, vt patet in dicta constitutione Gregor. XIII. & obseruat Hieronymus Rodriguez vbi supra, & docet Sanctarellus tractat. de Apostasia capit. 7. dubitat. 2. numer. 10. manent omnino soluti à vinculo monachatus, & à votis Religionis, eiekti verò ab alijs Religionibus, vt obseruat Peyrinus loco citat. & alij communiter; quamuis propter delicta expelluntur ab Ordine, non per hoc definiunt esse Religiosi, & tenentur ad vota eo modo quo docent DD. quos citat & sequitur Sanctarellus vbi supra capit. 6. dub. 1. numer. 1. non est ergo mirum si isti possunt gaudere post eiektionem à Religione aliquibus priuilegijs Religioni concessis, & dimissi à Societate Iesu minimè; quia hi post dictam dimissionem sunt meri seculares, illi verò post eiektionem minimè, sed remanent veri Religiosi. Prælati enim per illam expulsionem non possunt facere de Monacho non Monachum, vt notat Rodriguez loco citat. resolution. 57. numer. 6. & alij, ergo, &c. Verum his non obstantibus non nego contrariam sententiam esse probabilem, quam tuetur nouissime Barbosa de iure Pontificio libro primo, capit. 42. numer. 192. vbi citat Suarez & Sanctarellum, asserentes eiektos à Societate Iesu non reincidere in pristinam irregularitatem ex defectu natalium; mihi verò, vt dixi, sententia Turriani magis placet. Sed quid dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, potestne post latam sententiam in seculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri? Affirmatiue respondet Peyrinus loco citat. de relig. Pralat. tome secundo, quæstion. 2. capit. 5. §. 9. numer. 149. qui citat Sanchez. Sed ipse de hoc casu in illo loco non loquitur, sed tantum de illis, qui valide professionem emisserunt, vt qui dimittuntur à Societate, & qui expelluntur propter crimina à Religione, & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis, vt dici solet, terminantibus tenet doctus Aloysius Riccius in praxi tome secundo, resolution. 311. per rotam, & Barbosa, in collect. tome primo, libro primo, titul. 17. capit. 1. numero nono. Ratio est manifesta, nam, vt patet ex communi sensu DD. irregularitas ex defectu natalium tollitur per professionem, sed in casu de quo loquimur, non fuit vera professio, sed nulla; ergo dictam irregularitatem tollere minimè potuit. Alias rationes adducit Riccius vbi supra, quas tu videre poteris.

4. Notandum est hic obiter professionem non solum tollere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad vltim Ordinum susceptorum. Vide Sanctarellum variar. resolut. part. 1. quæstion. 39. numero octauo, Vecchium in praxi nouit. disputat. 13. dub. 6. numer. 3. & alios penes ipsos. Nota tamen, quod post hæc scripta inueni, sacram Cardinalium Congregationem sub die 21. Septembris anno 1624. declarasse, eiektos à Religione & extra illam

Supr. hoc supra in Refol. 285. §. vii.

Supr hoc supra in Refol. 193 §. vii.